

www.e-rara.ch

**Ioannis Marianae E Societate Iesv Scholia In Vetvs Et Novvm
Testamentum**

Mariana, Juan de

Parisiis, M. DCXX

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-125142>

Epistola Petri secunda.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPISTOLA PETRI

SECUNDA.

CAPVT PRIMVM.



Simon, aut Simeon, nomen à natiuitate *Petrus*, seu *Cephas*, nomē à Christo impositum. *Ijs coequalis lem. isonpov* æqualis pretij. *Sortiti sunt fidem*, pretium est vita æterna. Num solius fidei non, sed *In*

iustitia .i. per iustitiam nobis à Christo collatā. f. iustificationem:

2. *Gratia vobis, & pax adimpleatur.* Græc. multiplicetur, debent enim in nobis augeri Dei dona. *In cognitione Dei.* .i. simul cum cognitione Dei. Vt cognoscamus.

3. *Quomodo omnia diuina virtutis*, pro diuina virtute sua. Græcismus pro ablatiuo. *Qua ad vitam & pietatem inuolunt* cultum Dei supple pertinent, vt Goth. addit, donata sunt. *Per cognitionem* .i. Euangelium eius qui vocauit nos. *Propria gloria.* Græc. per gloriam & virtutem .i. miracula gloriosa. Noster pro *hæc*, vt nunc est, legit *istia*.

4. *Per quem* f. Christum. Græc. per quæ. f. gloriam, & virtutem. Beda & alij per quam. f. cognitionem nobis pretiosa donauit. Nostra lectio verior.

5. *Vos autem docet*, quas virtutes habere debeat. *Ministrate*, seu suppeditate, & exhibete. *In fide vestra*, cum fide virtutem *in vitam* studiosam, cum virtute scientiam .i. prudentiam iungite. Cū scientia abstinentiam *in vitæ*, ab omnibus illicitis, continentiam. Cum patientia pietatem, seu cultura Dei, vt est Græcè.

7. *Amorem fraternitatis* .i. fratrum. Cum amore fraternitatis *Charitatem* .f. in Deum vt propter eum amemus fratres.

8. *Hæ enim si vobiscum adsint*, si redundat, & sic lege: Hæ enim cum vobis adsint, sic quinque cod. legunt à Lou. notati. Goth. hæ enim cum vobis præsto sint. *Et superent*, pro, exuberent. Non eritis vacui. *In Domini nostri cognitione.* .i. in fide, in Euangelio.

9. *Cui enim non præsto sunt.* .i. non habet virtutes, quas dixi, cæcus est.

10. *Satagite, vt per bona opera.* Græc. studete, certam vestram vocationem & electionem fieri, sed sane id per bona opera, vti noster addit, aut suppleuit, aut inuenit in aliquo codice.

12. *Propter quod incipiam.* Græc. non negligam, cot. non differam vos admonere. *Et quidem scientes.* Et si noueritis ea, de quibus in præsentia ago.

15. *Dabo autem operam.* .i. curabo post mortem vestri habere memoriam, & Deum precari, vt horum recordemini. Græc. aliter: Curabo autem & semper habere vos post meum discessum horum memoriam facere, pro, & facere nepe ea sæpe inculcando. Ex lectione nostra colligitur intercessio sanctorum, ex Græca non item, tamen inuenio scholia Græca id etiam tangere. f. his verbis sanctorum, intercessionem contineri.

A 16. *Non enim doctis fabulas secuti.* Lou. & Regia indoctas. Vtra verior lectio, ex Græca voce *οπισθη* *εμεναι*, constare non potest, quia doctas & sophisticas potest significare. Gothic. tamen commentitias habet. Significat ergo non ex fabulis docuisse Christi virtutem, seu maiestatem & præsentiam seu aduentum, sed quod suis oculis vidit in transfiguratione.

17. *Accipiens enim.* pro accepit, vt Goth. habet. Alioqui participium non habet vnde regatur. Ergo accepit Christus gloriam & honorem voce de cælo.

16. *Et habemus firmiorem propheticum sermonem.* Goth. certum comparatiuus pro positiuo. Ergo non solum oculis vidimus gloriam eius, sed quod certum est, aut certius, id propheta sunt testati. Cui sermone prophetarum. *Benefacitis attendentes.* Got. intendentes *περοσχευεις*. Donec dies illucescat, in patria. f. vbi lucifer. i. Christus apparebit. Nunc in caligine sumus.

CAPVT II.

Fuerunt vero, vt inter Iudæos fuerunt pseudo propheta, sic ait in Ecclesia fore falsos Doctores. *Qui introducent.* Got. subintroducent. i. clam, id Græcum verbum significat. *sectas perditionis.* Græc. hæreses perditionis. i. noxias.

2. *Et multi sequuntur eorum luxurias.* Græc. perditionem. Noster pro *απολαυεις*, vt nunc est, legit *αυλαυεις*, aut *αυλαυεις*.

3. *Et in auaritia fictis verbis,* negotiabantur. i. lucrum captabant non aliud. *Quibus,* pro, quorum iam olim. *Iudicium.* .i. condemnatio non cessat, non est procul.

4. *Si enim Deus Angelis.* Hyperbaton longum. *Non pepercit, sed rudentibus* .i. funibus. Græc. catenis caliginis in infernum detrusos tradit in iudicium seruatos. f. amplius puniendos in die iudicij. Sententia non discrepat, noster Græca paulo aliter legit.

5. *Originali mundo,* siue antiquo, vt est Græc. non pepercit. *Sed octauum Noe,* custodiuit, sic vocati quoniam octo tantum euaserunt.

6. *Et ciuitates Sodomorum.* q. d. si Angelis Deus nõ pepercit, nec mundo, nec Sodomis, multo magis falsos Doctores, & eorum sectatores puniet. Hoc enim supplendum est, vt sententia constet.

7. *Et iustum Loth eripuit.* Græca verbis aliquantulum, sententia non discrepat.

9. *Nouit Dominus pios de tentatione eripere,* vt Loth, *Iniquos vero in diem iudicij reseruare.* Nunc puniuntur, tunc magis, quia cum corpore.

10. *Magis autem,* seu maxime *in vobis.* f. falsos Doctores: nam de ijs loquitur. Qui post carnem eunt. *Dominationes que contemnunt* .i. iudices, *sectis non metuent* introducere. Introducere Græc. non est, nec Goth. sed hoc *αδελφεις* *εν τριμουσι*. i. maiestatem (sic Got.) non metuunt. f. regiam, ita sunt audaces, &

præfracti, ἀβάρη, pro quo noster sibi placentes non absone: nam id etiam vox illa significat, certe quod sibi placet sectantes.

11. *Vbi Angeli*, qui sunt maiores. *Non portant aduersum se.* Ἐάντις Græc. additur, à Domino, sic gothic. *Execrabile iudicium*, seu blasphemum, vt est Græc. Alludit ad illud, quod in epistola Iudæ dicitur Michaelem non fuisse ausum diabolo iudicium inferre blasphemiam. Michaelem Dominum vocat. Verum quorsum de excellentia Angelorū, non videtur ad rem. Ideo sublata voce, à Domino, vt in Latinis cod. plerisque non est, & pro aduersum se vertendo eas siue eos, quod vox ἀντι patitur, sensus erit: Angelos cum maiores hominibus sint, non tulisse dominationes & maiestates iudices & reges execrari. i. contemnere. Neque enim aliquādo eos id fecisse inuenitur. Explicatio superior loci difficilis placet: quoniam locus hic, & Iudæ epistola sibi proculdubio respondent.

11. *Hi verò.* Velut bruta. *In captiōem & perniciem*, supple genita, vt capiantur & occidantur. Hi inquam *Blasphemantes*. i. iudices, reges, ob ea, quæ ignorant. *In corruptione sua.* se digna cæde peribunt, eo tendunt.

Voluptatem existimantes diei. Goth. diurnas delicias. i. breues, momentaneas, voluptatem. i. beatitudinem putantes. *Inquinationes & maculae*, pro coinquinati & commaculati, vt Gothic. habet, & sic Græc. ὀπίλοι & μῶροι. *In conuiujs suis luxuriantes.* Græc. ἐν ταῖς ἀπαιταῖς, in erroribus. Noster ἐν ταῖς ἀπαιταῖς legit; sic conuiuia vocantur, quod mutuum amore foueant. Illi ijs ad turpitudinē abutebantur.

15. *Errauerunt secuti Balaam*, falsi Doctores secuti sunt Balaam captantes lucrū, auaritia exercitati, vt illi mercede conductus venit, vt maledicere populo Dei. Num. 22. *Balaam ex Bosor*. i. filius Bosor, non ex vrbe Bosor, vt Beda putauit.

16. *Correptionem autem habuit sua vesania*, seu iniquitatis, vt est Græc. πῶς ἐξουσίας, noster πῶς ἐξουσίας legit. *Subingale mutum animal.* Animal Græc. non est, nec in goth. sed suppleri potest. Ergo id animal asinus eum corripuit.

17. *Quibus.* i. hominibus. *Caligo tenebrarum reseruat.* Græc. additur in æuum. i. infernus.

18. *Pellicunt*, eos qui paululum. Græc. reuera *Effugiunt.* Goth. & Græc. effugerunt, supple eos. *Qui in errore conuersantur.* i. eos, qui Doctores falsos fugerant, tantillum eos pellicunt luxuriæ illecebris, & libertatis Euangelicæ prætextu. Sic nostri hæretici faciunt.

20. *Si enim refugientes.* Græc. qui enim fugerunt sordes. *In cognitione.* i. per cognitionem Domini, si labantur, peius est, quam si viam iustitiæ non cognouissent.

22. *Contingit enim eis quod dicitur, Canis reuersus ad suum.* Hoc prouerbiū ex c. 26. v. 11. Prouerb. citatur. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiā suam. Quod hoc disticho quidam explicauit.

Ad vomitum catulus reiecta & fæda recurrit:

Dimissa imprudens ad malefacta redit.

Verum de hac re multa & eleganter Greg. 3. Pastor. c. 31. Hos similes Balaam esse ait, qui cum dixisset, moriatur anima mea morte iustorum, ad maledicendum eos recurrit. Serui qui coram herō modesti, eo absente lasciuiunt. Argumentum conuersionē non fuisse verā: nē vt boni sine noxa tentantur, ita prauī plerumque inutiliter compunguntur. Porro ex prioribus lacrymis, & peccati

puilere fit cænum, quo sus semel tota se inuoluit.

CAPVT III.

Hanc esse, seu iam scribo epistolam secundam, vt est Græc. *In quibus epistolis prima & secunda vestram excito in commonefactione.* i. per commonefactionem excito synceram mentem.

2. *Vt memores sitis* verborum, quæ à sanctis prophetis. f. prædicta sunt, sic Græc. Pro, verborum à sanctis prophetis. Goth. habet, verborum sanctorum prophetarum, fortassis Græc. sic quædam habuerunt, & ἰσο prepositio in illis non erat. Ergo memores sitis etiam præceptorum ab apostolis vestris, & à Domino latorum. Hæc est sententia, verba sunt intricata.

B 3. *Hoc primum scientes*, pro scitote quod venient illufiores, qui negent Christi secundum aduentum hoc argumento, quod omnia eodem modo se habent.

4. *Ab initio creatura*, seu creationis. κτίσις. id est, ex quo mundus est conditus, nulla facta est mutatio. Nullum iudicij signum videmus.

5. *Latet enim eos hoc volentes.* Affectata ignorantia. *Quod cæli erant prius.* Græc. olim. i. initio cæli & terra facta sunt ex aqua. i. ex chao. *Et per aquam consistens Dei verbo.* f. Dei verbo terra ex aqua & chao est facta. Sed idem de cælis intellige. Vnde colligi videtur eiusdem materiæ esse cælū & alia.

C 6. *Per quæ.* f. per Deum & verbum diluuiū perijt mundus.

7. *Cæli autem, qui nunc sunt.* i. quos videmus, & terra seruantur igni in diem iudicij. Nempe qui ex aqua fecit, poterit ea igne comburere. Si dicas, tardatis dies.

8. *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni,* & cōtrario.

9. *Non tardat Dominus*, sed pœnitentiam malorū expectat. *Nolens aliquos perire*, etiam post peccatum vult omnes homines saluos fieri.

10. *Adueniet autem dies Domini* vsur, nobis incogitantibus vt clam, Græc. additur, in nocte. *In quo die cæli magno impetu transient.* i. velociter mutabuntur, nempe quo ad qualitates. Et ne putares cælos & terram, quo ad substantiam peritura, addit, nouos vero cælos. Si ergo hæc soluenda sunt si Christus venturus quales esse debetis?

D 12. *Expectantes & festinantes*, quod dicitur festina lente. Aut expectantes animo, festinantes pijs operibus.

13. *Nouos vero cælos.* quoad qualitatem & nouum seculum expectamus. *In quibus iniustitia habitat*, nulla fraudes, nulla scelera.

15. *Domini nostri longanimitatem*, non promissū tarditatē, sed salutem arbitremini, seu arbitramini, vt est Græc. & in Got. & in alijs codicibus Latinis August. epist. 46. legit: Et Domini nostri cum patientia salutem expectantes. *Sicut & charissimus frater noster Paulus scripsit vobis*, sæpè enim loquitur de aduētū Domini, & de eius longanimitate.

16. *Sicut & hoc redūdat*, ac sic ordina, scripsit vobis in omnibus epistolis. *In quibus.* f. epistolis, aut verbis, quoniam Græc. quibus est masculinum, epistola fœmininū, eritque relatiuum sine antecedenti, quod sæpè contingit in sacris. *Quæ indocti & instabiles deprauant*, non est nouum hæreticos Scripturis abuti, easque deprauare.

E 17. *Vos igitur fratres*, seu dilecti, vt est Græc. *Præscientes.* i. admoniti. *Custodiri.* Got. cauete. *Ne insipientium errore traducti.* Got. seducti. Græc. abducti, simul, f. cum alijs excidatis à fidei firmitate.